



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Cessio Bonorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

ibi Abb. & Covar. in c. conquesti, num: 5. ver. 7.

Secundò, causa matrimonialis non potest compromitti laicis, ca. penul de in integ. rest. gl. in ca. de consang. & affinit. imò Con. de sponsal. 2. par. ca. 8. §: ult. num. 2. in fine, dubitat quòd nec potest compromitti in clericum ex vi compromissi, quando agitur de fœdere matrimonij.

Tertiò, in causa electionis potest compromitti in unum tantum, ita Gem. in c. sicut, cum vers. quæro quòd, & in ca. si cui, notab. 1. de elect. lib. 6. & licet etiam in præsentatione, quia electio & præsentatio in hac pari passu ambulant, prout dictum est in 1. p. in vers. intrusus.

CONTUMACIA.

Propter contumaciam, quilibet in re etiam levi contingentem, potest excommunicari, gl. in ca. duo, 96. dist. Panor. in ca. 1. de iud. & ibi Ripa n. 29. & est communis, prout Cov. in c. alma mater, 1. par. §. 9. n. 3. Ratio est quia citatus, & non comparens contemnit, & fit inobediens. D. Tho. 2. 2. q. 105. art. 1. & sic, quando citatur aliquis à iudice ecclesiastico etiam in re levi, si non comparet, potest excommunicari, tanquam inobediens, quia videtur contemnere.

CESSIO BONORUM.

Dubium est, an cedens bonis teneatur ad restitutionem si pervenit ad pingviorem fortunam? Respon-

detur succinctè primò, quòd quando cessio fit cum ignominia, non tenetur: secundò, quando fit sine ignominia, dat juratoriam cautionem, de solvendo, si pervenerit ad meliorem frugem; tertio, ad id tenetur in utroque foro: quartò, non tamen tantum quantum debebat unicuique, etiam si ad pingvissimam pervenit facultatem, quia illa cessio debet ei aliquid relevare: quinto, semper solutio, & restitutio debet fieri, remanente ei aliquo sufficienti ad vitam sustentandam decenter, ista habes communiter, glo. in c. Odoard. in ver. ad pingviorem, de solut: & ibi Host. & in Sum. tit. de cess. bon. Cov. l. 2. c. 1. n. 6. var. Azo. in Sum. l. 7. Codicis rub. 71. & si fuisset excommunicatus propter debitum facta cessio debet statim absolvi, Sylvest. in ver. cedere.

CONCILIUM.

Primò, an abbates, præpositi, & alij, etiam usum mitræ habentes, debeant præcedere capitulum in synodo provinciali, vel diocesana?

Respondetur decisivè, quòd non, quoniam capitulum præcedit collegialiter, id est, simul prout in choro, processione, & assistendo suo prælato, ita Io. de Selua tract. de benef. 1. p. q. 2. nu. 51. ex Gem. in cap. statutum, in prin. de rescrip. lib. 6. & in cap. quamvis, in princ. in §. quamquam in 3. notab. de presbyt. eod. lib. & ita fuit decisum in factò in Synodo diocesana Neapolitana celebrata sub Card. Alphòso Carafa sub an. 1565. die 9. Feb. f. 60. & etiã fuit respon-